

Florent omnes arbores,
dulce canunt volucres;
revirescunt frutices,
congaudete, invenes!

Meror abit squalidus,
Amor adit calidus!
superat velocius,
qui non amat ocius.

Virgo tu pulcherrima,
cum non sis acerrima,
verba das asperrima,
sicut sis deterrima.

"Quid tu captas, invenis?
queris, que non invenis."

Sed Amor durus est,
ferus est,
fortis est.
qui nos vincit invenes,
vincat et invenculas
ultra modum rigidas!

"Video dictis his,
quid tu vis,
quid tu sis,
qued amare bene scis;
et amari valeo,
et iam intus ardeo."

Viribus infirmior
ab Amore ferior,
vulnera experior;
si non sanas, morior.

"Mecum queris ludere -nulli me coniungere,
cum Phenice complice
vitam volo ducere."